



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Si Christus habuerit fidem, spem, charitatem. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*Si ea quæ dicuntur de Deo, vel de filio Dei, possunt dici de homine illo, vel de filio hominis.* D

Solet etiam quæri, si congruenter dici possit filius hominis vel ille homo descēdisse de cœlo, vel ubiq; esse: sicut dicitur filius Dei vel Deus de cœlo venisse, & ubiq; esse? Ad quod dicimus, si ad vnitatem personæ referatur dicti intelligentia, sane dici potest: Si vero ad distinctionem naturarū, nullatenus concedendum est. Vnde Aug. Vna persona est Christus Deus & homo. Ideo dicitur. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, &c. Si ergo attendas distinctionem substantiarum, filius Dei descendit, & filius hominis crucifixus est. Si vero vnitatem personæ, & filius hominis descendit, & filius Dei est crucifixus. Propter hanc vnitatem personæ non solum filium hominis descendisse de cœlo, sed etiā dixit esse in cœlo, cū loqueretur in terra, propter hanc eandem dicitur Deus gloriæ crucifixus, qui tamē ex forma serui tantū crucifixus est. Non tamen secundum hoc, quod Deus gloriæ est, & secundum quod glorificat suos: & tamen dicitur Deus gloriæ crucifixus. Recte quidem non ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis. Quid ergo propter quid, & quid secundū quid dicatur, prudens & diligēs & pius lector intelligat. Hæc de corrigia calceamenti dominici dicta sufficiant, ne ossa regis Idumæe consumantur vsq; in cinerem.

SI CHRISTVS HABVERIT FIDEM ET SPEM,  
*vt Charitatem.*

## DISTINCT. XXIII. A

CVM vero supra perhibitum sit, Christum plenum gratia fuisse, non est superuacuum inquirere, vtrum fidem & spem sicut charitatē habuerit. Si n. his caruit, non videtur plenitudinem gratiarum habuisse. vt autē hæc quæstio valeat aperius expl. cari, de his singulis aliqua in medium proferenda sunt, & primum, de fide: secundum

Qq 5 mensu-

*Aug. in fine  
cap. 20. lib. 3.*

*contra Ma-  
ximin. To. 6.*

*Ioan. 3. b*

*Aug. lib. 1. de*

*tr. c. 13. non*

*lōge à princ.*

*1. Cor. 2. b*

*Amos 2. a*

*Ibid. Aug.*

*paulo supra*

*rius.*

*Ioan. 1. b*

mensuram cuius præcepit Apostolus vnique sapere.

Rom. 12. 4

*Quid sit fides.*

B

Fides est virtus, qua creduntur, quæ non videntur. Quod tamen non de omnibus quæ non videntur, accipiendum est: sed de his tantum, quæ credere, vt ait Aug ad religionem pertinet. Multa enim sunt, quæ si Christianus ignoret, nihil metuendum est: quia non ideo à religione deuiat.

In enc. ca. 9.  
in princ.

*Quot modis dicitur fides.*

C

Accipitur a. fides tribus modis, scil. pro eo quod creditur, & est virtus: & pro eo quod creditur, & non est virtus: & pro eo quod creditur, quod aliud est ab eo, quo creditur. Vnde Aug. inqt, Aliud sunt ea, quæ creduntur, aliud fides qua creditur. Illa n. in rebus sunt, quæ vel esse, vel fuisse, vel futura esse creduntur: hæc a. in animo credentis est, et tantum conspicua cuius est, & tamen nomine fidei censetur vtrumque. & illud, sc. quod creditur, & id quo creditur. Id quod creditur: dicitur fides, sicut ibi. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque firmiter fideliterque crediderit, saluus esse non poterit. Fides a. qua creditur, si cum charitate sit, virtus est: quia charitas, vt ait Amb. mater est omnium virtutum, quæ omnes informat, sine qua nulla vera virtus est. Fides ergo operans per dilectionem, virtus est, qua non visa creduntur. Hæc est fundamentum, quod mutari non potest, vt ait Apost. quæ posita in fundamento neminem perire sinit. Vnde Aug. Fundamentum est Christus Iesus, i. Christi fides, sc. quæ per dilectionem operatur: per quam Christus habitat in cordibus, quæ neminem perire sinit. Alia vero non est fundamentum. Fides enim sine dilectione inanis est. Fides cum dilectione, Christiani est: alia, dæmonis est. Nam & dæmones credunt, & contremiscunt. Sed multum interest, vtrum quis credat Christum, vel Christo: vel in Christi

In lib. de tri-  
nit. 13. c. 2. ad  
medium.

In simbolo  
illo vulgari  
Athanasii  
ad Gal. 5. b

1. Cor. 3. c

Galat. 5. b

Ephes. 3. c

Aug. c. 5. ad

princ. in En-

chyrid.

Aug. lib. de

fide & ope-

ribus c. 16.

ad princip.

Tomo 4.

Aug. ser. 181.

de tempore,

qui est pri-

mus in vigi-

lia Penteco-

stes de expo-

sitione sym-

boli ad illud

credo in Deū

patriē, co. 10.